

LECTIONVM PUBLICARVM
ET PRIVATARVM
INDEX

IN ACADEMIA GIESSENA
AVSPICIIS DIVINIS

RECTORE
IO. HENR. MAIO


ANTIQUITATVM LITTERATVRAE GRAECAE
LINGVARVMQVE ORIENTALIVM
PROFESSORE

PER PROXIMVM SEMESTRE HIBERNVM
HABENDARVM

OMNIVM DISCIPLINARVM AMATORI
BVS CULTORIBVS ET STUDIOSIS

PROPOSITVS ET COMMENDATVS
DIE XXI. SEPTEMB. MDCCXXI.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.



GISSAE,
TYPIS VIDEAE IO. REINH. VULPII ACAD. TYPOGR.

IN FACULTATE THEOLOG.

JOANNES CHRISTOPH. BIELENFELD,

Consiliarius in Sacr. Suprem. Superintendens & Theol.

D. ac P. P. Primarius.

IN Praelectionibus Publicis juxta ductum Oeconomiae N. T. Exegesi S. Scripturae suppeditabit. In Privatis Historiam Ecclesiasticam continuabit, & absoluta nunc Theologia Morali, Theologiam Catechetica ad Tab. B. Speneri sic proponet, ut & incipientes Lac Catecheseos, & pro- vectiores methodum tractandi catechesin addiscant, junctis de caetero Exercitiis homileticis, singulis septimanis habendis.

JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

D. & Prof. Ord. district. Marp. Superint. ac stip. Ephor.

Publice, iustratis iis, quæ ex articulis Smalcaldicis restant, *Lectiones Catecheticas* in utramque LUTHERI Catechesin ut in libris *Symbolicis* habentur, instituet, Theologiae Studiosis haud parum frugi futuras & utiles: *Privatim* quantum fieri potest, in *polemicis* perget, atque *novas* simul, sive *Hermeneuticum Sacrum in lib. N. T. in methodo Glassiana*; sive per succinctos aphorismos tradendum *morale*: sive *theticum* aliud, aut *homileticum*, pro lubitu ac numero Dnn. Auditorum, adaperienda offert.


JOH. GOTTFREDUS SCHUPART,

SS. Theol. Prof. Publ. Ord. Consistorii Assessor & Dioecesi.

Alsfeld. Superintendens.

IN Lectionibus cum Theticis tum Exegeticis, hac hieme strenue per- get, iisque Collegium *Examinatorium* addet, omnem daturus operam ut desideriiis atque commodis Dnn. Commilitonum, pro viribus, porro consulat.

CHRI-



CHRISTOPH. LUDOV. SCHWARTZEMANN
SS. Theol. Dr. ac Ordin. Profess.

Providente volenteque S. T. S. D. publicarum lectionum loco proponet Apostolico-practicam Theologiam, aut Apocalyptricam in privatis lectionibus; Ederit itidem quatuor *παραδέματα* Cursum ad suam Theolog. Theses, Quaestiones, Canones atque Decisiones, aut ex his Instituta Erotemata, quæ vel amplificat, enodant, illustrent atque statuminant: Sive pro Beneplacito, Catholicam iam septem catholicas Epistolas Theologiam, in tribus partibus.

JOH. GEORG. LIEBKNECHT,
SS. Theol. D. ejusdemque Prof. P. Extraord.

Publice Celeb. & summe Venerabilis Theologi D. BUDDEI Theses Theologicas de Atheismo & Superstitione, ad cap. V. vsque explicatas strenue continuabit; nec *privatim* deest illis, qui suam operam, uti hucusque desiderabunt.

IN FACULTATE JURIDICA

MELCH. DETHMARS GROLMAN,
Jctus, Profess. Jur. Primarius & Academiæ
Cancellarius.

Publice Lectiones ad Schwed. jus publicum, privatim vero ad Compend. Lauricib. una cum exercitio disputatorio singulis septimanis seculo continuabit; nova quoque Collegia ad Jus Feudale & Canon. aliaque pro lubitu generos. & Nobiliss. Dominorum Commilitorum aperiet.

IMMANUEL WEBER/ J. U. D.
Consil. Hassiac. & Jurium Professor Publ. Ordin.

Publicè perget in expositione Actionum forensium. *Privatim* ad Instituta, Pandectas aut Desselii Jus Canonicum, prout Dnn. Auditoribus visum fuerit, Collegia aperiet.

X

JO. GODOFREDUS HARTVNGIVS, D.

Jur. Prof. Publ. Ordin.

Publice Pandectas ad ductum Compendii Lauterbachiani explicabit, privatim Institutiones & Pandectas continuabit, novumque Institutionale auspicietur.

JO. FRIDERICUS RANSEN /

J. U. D. & P. P. Extraord.

Quamprimum terminus privilegii Principalis elapsus fuerit, *Lectio* nibus publicis iterum sedulo vacabit. *Privatim* vero hac hieme *Lectio* nes suas pro desiderio Dn. Commilitonum disponet, atque ita versabitur, ut, ubi modo illorum diligentia industriam suam provocaverit, ne qua in officii sui partibus segnis reperiatur.

IN FACULTATE MEDICA

JOH. CHRISTOPH. HERTIUS,

Med. D. hujusque Prof. & Archiater Hassio-Darmst. Prim.

Ubi otium aulicum ipsi permittet versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiatorum conatus promovere poterit.

MICHAEL BERNHARDVS VALENTINI,

Archiater. & P. P. Ord.

In *Lectio* nibus publicis *Praxem Medicam Generalem*, in privatis autem *Clinicam* & *Consultatoriam* B. C. D. profitebitur.

D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

P. P. Ordinarius.

In gratiam Dnn. Commilitonum, qui non ita pridem advenerunt *Osteo* logiam repeter, musculorum doctrinam, quæ illius notitiam omnino requirit, subjuncturus. Privatim *Viscerum* historiam tradet & institutis *lectio* nibus illustrabit, vel si visum quoque fuerit Collegium *Chirurgi* cum denuo aperiet.

(P)) (P)

47

IO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Med. PP. Ord.

Publice, absoluta Physiologia, ad Pathologiam progredietur. *Privatim* Praxin specialem denuo pertractabit; nec minus in Collegio Caluali, & Medicina forensi exponenda occupabitur.

JO. THOMAS HENSING,

Med. D. & P. P. Extraord.

Publicè horâ matutinâ IX. Chemiam tradere, Medicinæ Studioſis, perget, bis in hebdomadæ Theoriam explicaturus, & bis Experimenta demonstraturus. *Privatim* cum Novitiis in Cursu Medico, initio præcedentis semestris inchoato, pedem promovebit. Doctrinâ Medicâ provecſis Praxin exponet, atque *Collegium Chymicum Pharmaceuticum* ad finem perducer.

CHRISTOPH. BERNH. VALENTINI,

Med. D. ejusque Prof. Publ. Extraord.

Publice thema Orationis auspicalis de *Labyrinthis studii Medici* feliciter superandis uberius tractaturus perlustratis prius Methodistis, *Intra* tradituri ad artem Medicam *Convingiana* à B. Dn. Schelhammero annexis, *Ipſam* non minus quam etudium *Tr. Maritii* (sub personato *Sempronii* *Cræta* nomine latentis) *Hermæ* dictum explicabit. *Privatim* in *Cursu* *Medicæ* et *Experimenti* juxta coepto, perget, novisque Collegiis, si desiderant, *Nobiliss. Dn. Philiatris* pro virili gratificabitur.

IN FACULTATE PHILOSO-
PHICA.

MICHAEL BERNHARD. VALENTINI,

Philos. Experim. Prof. P. Ord.

Zootomiam ad finem perducer & abhinc publice Phytotomiam proponet. *Privatim* aut historiam Museorum Curiosorum, aut thesaurus Hassiæ utriusque naturales tradet, votis Dnn. Auditorum se accommodaturus.

MAT.

) 6 (

MATTHIAS NICOL, KORTHOLT,

Eloqu. & Poët. Prof. Ord. Academ. Biblioth.
Praefectus,

DE O fauente publicis praelectionibus introductionem ad eloquentiam
ciuillem latinam & germanicam hodiernam praeceptis & exemplis
die Lunae ac Martis, ad Poësin, enucleandis OVIDII selectoribus elegiis,
die Iouis & Veneris hora matutina VIII. neruose iradet: die Mercurii
publicam Bibliothecam hora pomeridiana II. aperturns, die vero primo
Saturni cuiusuis mensis hora antemeridiana XI. publicos, quos coepit,
actus oratorios continuaturus. Neque deerit priuatim eloquentiae solu-
tae aut ligatae vel rei litterariae cultoribus, simulae ipsorum desideria cog-
nouerit, Collegium imprimis epistolicum & oratorium practicum in utra-
que lingua vel a se recepta, vel alia, si quae magis probabitur, methodo
denuo habiturus,

IOH. GEORG. LIEBKNECHT,


D. & Mathem. P. P. Ordinarius,

In Observatorio publ. laborem nuper indicatum, quotiescunque sudum
erit, nec non dissertationes publice nuper inchoatas ex omni parte Ma-
theseos, quam sibi ipsi Dnn. Respondentes commodiorem putabunt, con-
tinuabit. Priuatim *Cursum Mathematicum S.* Elementa omnium scien-
tiarum mathem. vel germanice ad ductum Cl. Wolffii, vel latine ad in-
stitutiones Cl. Weidleri solide ac perspicue cum amplissimo huc spe-
stante adparatu & praxi explanabit. Nec deeritiis, qui Geographiam
historicam iam finitam, denuo frequentare, vel Algebrae, aliamve partem
sigillatim addiscere cupiunt.

IO. HENR. MAIVS,

Litteraturae Graecae, Antiquitatum & Linguarum Orien-
taliu Professor Ordinarius.

Simulac molestissimum Rectoris Academici munus bono cum Deo de-
posuerit, praelectionibus publicis Graecos explanabit auctores, quot-
cunque



cunq[ue] auditores nominaverint ; priuatas operas antiquitaribus Ebraicis pertractandis impendet.

JO. MELCHIOR VERDRIES,

D. Physic. P. P. Ordinar.

Publice Disputationes Physicas, non infeliciter hactenus coepras & continuatas, singulis hebdomadis porro profuquerur. *Privatim* Partem specialem *Introductionis suae in Phys. recentior.* explanabit, nec deerit, si, in alia quacunque Philosoph. Natural. parte, opella sua Studiosae iuuentuti commendata esse poterit.

JOH. CONRADUS ARNOLDI,

D. Logicæ & Metaphysicæ Prof. P. Ord.

In explicanda & applicanda Philosophia Sobria, ex partibus Professionis suae, publice perget, atque Introitum ad eandem, superioribus Lectionibus adhuc, clave Geometrica reclusum, B. C. D. publico disputandi exercitio repetet. *Privatas* Logicæ & Metaphysicæ Lectiones pro more, ac non sicuterum norma, ita partietur, ut prisca novis illustrando, profuturam Dico, Auditorum, consularur, nec veræ Sapientiae, id est, solidæ, et non sicuterum, vel ineptiarum vulgo dictarum Scholasticatum fabricis, a labore philosophando absterreantur, nec specioso, sed vana gloria, sibi porro imponi patiantur.

SEBASTIANUS MASSON,

Moral. P. P. O.

Publice ei, quod iam superioribus temporibus significauit, consilio insisteret. *Privatim* coepta cum Iuris naturalis, tum prudentiae civilis Collegia sedulo urgebit : nullo modo alio defuturus, si suppeditata ei si fuerit ulterius inseruendi occasio.

CHRIST.

) 8 (

CHRIST, FRIDER, AYRMANNVS,

Histor. Profess. P. Ord.

In exponenda publice Historia antiqua, ad Romanam delatus Historiam, ex instituto eam pertractabit, ut pariter iuris & antiquitatum Rom. studiosis utilis esse possit. Priuatim vero Historiam Imperii Romano-Germanici perget tradere, simulque Pufendorffii Introductionem in Historiam praecipuorum Europae Statuum interpretabitur, neque in aliis Historiae partibus bonarum artium studiosis deerit.

CHRISTOPH, LVDOVICVS RÜDIGER,

P. P. Extraord,

Prouinciæ nuper sibi conceditæ rite satisfactorius, per orbem disciplinarum vniversum, studiosam iuuentutem ducere sataget, per *philosophiam*, tum *theoreticam*, tum *practicam*, *cursum* velut, annuo spatio absoluendum, instituturus: utque eo melius Cultorum ingenuarum artium studia formentur & fabricentur, quibusuis Mercurij & Saturni diebus *Arithmeticam & Geometriam* docebit, quo methodo mathematicæ, ad alias quoque scientias adplicandæ, mature adsuescant. Horum etiam in gratiam, breuiem in *repolitterariam introductionem*, de constitutione Scriptoribus & satis, in quacunque eruditionis parte notabilioribus, nec non *Hebraicum*, offert. Publice ex desiderio multorum, *Historiam Philosophicam* praeleget. In reliquis, quæ sibi sunt lectionibus *privatis*, strenue perget, ita ut nonnullis felix propediem imponatur finis.

